

Rome, 24 janvier 1601.

/ Ill^{me} et Rev^{me} Domine mihi semper observandissime. Quod
 Quod nuncius Ill^{mae} et R^{mae} Dominationis vestrae mihi retu-
 lit, ita gratum fuit, ut ex eo gratias Deo, bonorum omnium auctori,
 maximas habendas esse judicaverim. Neque opus erit ut ego laborem
 5 ullum suscipiam in ea re Pontifici Maximo persuadenda: nam et res
 ipsa per se clamat, et ea est Pontificis nostri sapientia ut facile
 perspiciat in his temporum difficultatibus non potuisse rem aliter
 geri quam per Summam Amplitudinis vestrae prudentiam gesta sit.
 Propensionem voluntatis meae erga Ill^{mam} et R^{am} Dominationem ves-
 10 tram testatam quidem esse cupio ardentissime, sed tamen adhuc ali-
 quo benefacto re ipsa testatam non reliqui. Unum enim, quod Ill^{ma}
 et R^{ma} Dominatio vestra per me fieri voluit, conatus quidem sum
 perficere, sed conatus mei irriti fuerunt. Dabitur fortasse, Deo
 volente, alias occasio, qua feliori exitu diligentiam meam Ill^{mae}
 15 et Rev^{mae} Dominationi vestrae probem. Interim precor Deum ut Ill^{mum}
 et Rev^{mum} Dominum meum perfectae corporis sanitati restituat et
 coelestibus donis semper magis ac magis adaugeat. Romae, die 24 ja-
 nuarii 1601.

Ill^{mae} et Rev^{mae} Dominationi vestrae

20

humillimus et studiosissimus servus

Robertus Card. Bellarminus.

F. B. 3, f.61. Minute autogr.